

tota gloria hujus lexici mei non in ambitu spectari, sed frequenti usu, eò collimo, hac respicio, & quomodo quam proximè prodire possit, non quanto strepitu. Et nec sic ingeniis mediocribus decedet, aut lexici minor erit usus: prolixè tum disseremus in præfatione, quare omiserimus voces deductas sive derivata. Ostendemus, quod qui grammatices partem alteram etymologiã, quam ibi plenius præfigemus, quàm erpenius p. m., probè cognitam habeat, is optime queat radicem cujuscunque in autore occurrentis derivativi facillimè agnoscere, credatue mihi benevolus lector felicior me hanc rem facturum, bono cum Deo, quam aut ego hic promittere, aut ille sperare queat. Quamcunque n. formam in autore præ se habuerit, facillimè radicem investigabit ex his causis. Primo, quod septendecim sint literæ, quæ nunquã serviles sint, quas si viderint, audacter radicales vocabunt, saltè quod d & th interdum pro t ponantur, quod facile ex etymologia. 2 Quod sive prima sit radicalis elif, semper subintelligatur eadem esse je & vau, & itidem in secunda ac tertia radicali, & propterea eas radices à me conjungi, & pro una statui e. g. atr, utr, itr. item. qal, qil, qul. item. aba, uba, iba, abi, ubi, ibi, abu, ubu. ibu. quæ novem ultimæ radices duntaxat una radix sunt, & unum significant, sc. nolle. 3. Quod millenæ radices non erunt in usu, quæ detractæ tantò faciliorem laborè fecerint querenti suam radicem. Quæ quanquã hic non satis explicare tradere possim, cum nec sit hujus loci, hoc certè constat, vel quamcunque radicem cujusque vocis facilè reperiri, adeoque vocis derivatæ significationem latinam in lexico extantem, licet vox literis, arabicis desit. Quoad significationes idem præsto, quod alii, & quoad radices, earumque ordinem, centies meliora, clariora, defæcata, & puero facilia, in vocibus quoque recensendis, dum nullas recenseo, plenior sum, cum profitear omnium memoriam, quotquot in toto arabico campo reperiantur apud autores, non saltem harum vel illarum; quas illi paucas recensent, & quibus plures quidem adjici de facili possunt, at verò propter temporis summã necessariamque parsimoniam, aut nequeam, aut nolim; significationes a. eas omnes dare, quas dant illi lexicographi. Ita nihil omnino decedit meo lexico quoad usum, imò amplior ejus patet campus, compositis ordine radicibus omnib., omnes in linguã arabicã derivatæ voces subscriptæ intelligantur, dum in autoribus occurrentes

per

*Signif. eorum
minum*